Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

deus meus clamaui ad te: et sanasti me.
Domine eduxisti ab inferno animam meam:
saluasti me a descendentibus in lacum. ℣
Psallite domino sancti eius: et confitemini memo-
rie sanctitatis eius. Quoniam ira in indignatione eius:
et vita in voluntate eius. Ad vesperum demo-
rabitur fletus: et ad matutinum letitia. Ego
autem dixi in habundancia mea: non mouebor
in eternum. Domine: in voluntate tua pre-
stitisti decori meo virtutem. Auertisti faciem
tuam a me: et factus sum conturbatus. Ad te
domine clamabo: et ad deum meum deprecabor.
Que vtilitas in sanguine meo. dum descen-
do in corruptionem. Numquid confitebitur tibi
pulus: aut annunciabit veritatem tuam.
Audiuit dominus et misertus est mei: domi-
nus factus est adiutor meus. Conuertisti plan-
ctum meum in gaudium mihi: conscidisti sacum
meum et circumdedisti me letitia. Vt cantet
tibi gloria mea et non compungar: domine deus
meus in eternum confitebor: tibi Gloria p. an.
Adorate dominum in aula sancta eius. Psalm.
In te domine speraui non confundar in
eternum: in iustitia tua libera me.